



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Dos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

& omnis donatio, si facta sit secundum formam *Conc. Trident. art. 12.*

Ad tollendam omnem doli suspicionem, expressè mandat *Conc. Trident. donationem secundum eius formam debere fieri de licentia Episcopi, aut eius Vicarij. art. 14.*

Hæc de donatione Novitiorum, sicut & alia contenta in citata *Sess. de Regulari. non comprehendunt Iesuitas, ut expressè ibi dicitur. art. 16.*

D O S.

Vide Alimenta, Monasterium.

Oncil. Trident. *sess. 25. De Regularibus, cap. 3.* definiens nullum Monasterium debere habere plures, quām ut commodè ex redditibus, aut consuetis eleemosynis ali possint, intelligit plures indentatos aleandos expensis Monasterij; vnde licet recipere plures cum dote sufficiente pro sua sustentatione, sed caueri debet simonia, cūm plerumque accipiantur munera in ritu receptionis, non sustentationis necessaria. *tom. 2, q. 48, art. 1.*

Si

Si Monasterium sit sufficienter
dotatum, accipientes dotem vix ex-
cusari possunt à simonia, & nullo
modo saltē ab auaritia, sicut etiam
qui paciscuntur de maiori summa,
quām sufficiat ad Religiosum suste-
tationem. *ibid.* & art. 2.

prælati possunt & debent (sicut
statutum est legib. ciuilibus) taxare
summam communem pro sustenta-
tione recipiendorum cum dote, se-
cundūm loca, tempora, & personas,
statuto communi ; quam summam
possent in particulari minuere, mo-
do semper remaneat sufficiens,
etiam contradicente conuentu. art.
3. & 4.

Parentes Nouitij dantes Mona-
sterio dotem, nisi à Monasterio pi-
gnus accipient, aut fideiussorem de-
datis mutuo, & Religiosi acceptan-
tes ante factam professionem, excō-
municantur per Concilium Trident.
cit ita sess. cap. 16. ne videlicet inde
quoquomodo libertas impediatur
Nouitij. art. 5.

Religiosæ paciscentes de dote,
tenentur restituere totum id, quod
superat taxam communem & suf-
ficien

140 A E D I F I C I A.

ficientem , nisi ipse excessus ipsis liberaliter concedatur. art 6.

Monasterium potest petere compensationem dotis non solutæ tempore debito à parentibus profecti, sed caueatur usura, art. 7.

Fraus de dote ex parte Nouitij iam profecti , ut si verbi gratia promisisset , Monasterium successorum ad suam hereditatem , cùm tamen antea renunciasset legitimè , non dirimit professionem: efficit tamen, ut Monasterium non teneatur aleare , sed potest à parentibus iuridicè petere alimenta , non manendo apud parentes , sed in Monasterio, cùm sit verè Religiosus. art. 8.

E C C L E S I A.

Vide Alteraria , Aedificia , Hereditas, Immunitas , Legatum.

A E D I F I C I A.

Vide excommunicatio.

Ceteris paribus melius est , & Deo gratius fundare & adficare Ecclesiam Collegiatam, Regularem , præsertim Mendicantium, quam secularem tom. 2. q. 42. art. 2.
Non